Quelle: http://manuscripta.at/?ID=25882
Copyright: Admont, Benediktinerstift

Ca. iii.

patet libro Judicum et dicetur pos
tea. Que est ista. Hic po
nitur sponse commendacio et prima
hec commendacio ponitur sub para
bola mulieris virtuose / 2° sub pa
bola mulieris speciose 8° capitulo
prima in duas quia primo ponitur dicta
commendacio / 2° concluditur itenta
conclusio ibi Egredimini Prima ad
huc in tres quia primo commendatur
de sacrificiorum oblacione / 2° de castrorum
disposicione ibi En lectulum / 3° de
tabernaculi composicione ibi Fer
culum Circa primum sciendum
quod post oblacionem sacrificiorum in
altari holocaustorum quod erat sub
diuo sacerdotes offerebant thymi
ama in altari incensi quod erat
tabernaculo et tunc erant sacrificia
consumata vt habetur Ad hebr. ix°
Et quantum ad hoc dicitur Que est
ista id est quam placita in conspectu
dei que ascendit per desertum Ten
debant enim ad terram promissionis
que altior est isto deserto sicut
virgula fumi ex aromatibus etc.
quod dicitur propter thimiama com
positum ex pluribus speciebus aroma
ticis Exo. 30 et designabat de
vocionem populi per quam merebatur
ad terram promissionis introduci.
¶ En lectulum. Hic consequenter co
mendatur de castrorum disposicione
que optime disponebantur circa
tabernaculum vt plenius dixi Nu
meri 2. Tres enim tribus erant in
parte orientali et tres in occidenta

li et alie sex in parte aquilonari
et meridionali Et hoc est quod
dicitur En lectulum Salomonis
id est tabernaculum federis quod dicitur dei
lectulus 6. 1 cap° qui deus nomine
Salomonis intelligitur in hoc
libro vt dictum est ibidem primo cap°
Sexaginta fortes id est sexagesies
decem milia que faciunt sexcenta
milia pugnatorum qui excuba
bant circa tabernaculum Numeri
2° et adhuc vltra erant tria
milia quingenta quinquaginta
sed non computantur hic quia scrip
tura frequenter tales minuci
as obmittit ponitur autem hic vnus
fortis ad signandum decem milia
quia per sexaginta fortes sexagesi
es decem milia intelliguntur
vt dictum est eo modo loquendi
quo dicitur de Dauid 2 Regum 18
Tu vnus pro decem milibus com
putaris ex fortissimus israhel
hoc dicitur ad excludendum mulieres
et paruulos et debiles ex senectu
te qui non procedebant ad bella
qui sunt omnes tenentes gladi
os etc. quia erant prompti et pa
rati ad pugnandum contra inimi
cos Propter timores nocturnos
id est propter subitum adventum aduersa
riorum qui solent magis irrue
re de nocte. Ferculum fecit sibi
Salomon Hic 2° commendatur
de tabernaculi composicione ad cuius
constructionem obtulit donaria
mente devota atque promptissima